

/ Ill/me et R/me Domine,

Posteaquam Dñus Michael Willius Argentinensis non solum egregiae indolis sed etiam disciplinarum et virtutum in Germania praeclara edidisset specimina, ad Urbem sese contulit ubi primum Ser/mi Archiducis Leopoldi ac tum Ser/mi electoris Coloniensis litteris Ill/mo D.Card/li Burghesio commendatus fuit et quatuor annorum spatio ita se diligenter probe et laudabiliter gessit ut utriusque juris doctoratum assumpserit inque nationalis Ecclesiae et Hospitalis Administratorum Collegium cooptatus, doctrina, prudentia, vita moribusque exemplaris fuerit omnesque boni haud dubiam spem conceperint ejus operam patriae, religioni adeoque Sedi Apostolicae aliquando profuturam. Nunc vero in patriam redeuntem ut hoc ~~min~~omine ipsum Ser/mo Archiduci Leopoldo commendet Ill/mae V. Dominationi humillime supplicatur. Quam Deus etc.

-----

15 All'Ill/mo et R/mo Sig/re il Sig/re Card/le Bellarmino.

Per il Sig/re Michele Willio.